

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

22. Maji. In eum dives gradum enitatur, ut possessor sit eorum, quæ possidet, nec ab iis possideri se sinat. S. Ignat. apud Nolarci c. ult.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Aliud est beatum, aliud divitem esse ;  
 felix est, qui nihil cupit : qui multa habet  
 dives est , & fortunatus. Majus autem  
 quid felicitas est, quam fortuna. Deus fe-  
 lix est, non tamen fortunatus , sed felix  
 non tam ideo, quod habeat omnia, quam  
 quod nihil cupiat. Vide quam Divina res  
 paupertas sit?

Quidquid natura deberet, aut fortuna  
 date posset, utrumque superat paupertas ;  
 utraque ditior : plus quippe illis, quam  
 huic deest.

## 22. Maii,

*In eum dives gradum eritatur, ut possessor  
 sit eorum, quæ possidet, nec ab iis possideri  
 se sinat. S. Ignat. apud Nolari c. ult.*

**I**rritis votis satigantur mortales ! conse-  
 qui opum dominium non valent : ab  
 ipsis possidentur rebus ; hæ dominantur,  
 voce vulgi, dominis ita subsunt, qui præ-  
 esse debuissent.

Quisquis amat, servit ; quanto plūs  
 amantur opes, tanto graviore eorum servi-  
 tus. Ita qui heri futuri erant, mancipia fi-  
 unt. Parum interest, ferreis, an aureis cate-  
 nis vinciaris, si libertas amissa est.

Illa in opibus pejor servitus, dum con-  
cervamus dona fortunæ, obnoxii simi-  
malis gratiæ; temporalia quærimus, id est  
gradus ipsi struimus, per quos in animo  
damna, utinam! non æterna, præcipito-  
mur.

Si opes propter Deum relinquere de-  
rum esse non debet, secus divitiis, ut afflu-  
cum vitiis nomen, ita par ab utriusque  
mendum foret exitium.

### 23. Maii.

Precandi studio deditis par periculum fac-  
unt successus, & ariditas: illo proclivis  
est, ut animus intumescat; hæc facilis  
radium provocatur. S. Ignat. apud Bar-  
l. 4. f. 379.

**N**ullâ re magis, quam oratione ef-  
ficiuntur; hæc vitæ melioris anima est  
nec illa ramen in re sæpius bonis mentibus  
dæmon illudit. Sic optima maximis per-  
culis sunt obnoxia.

Quæ sublimia, quæ præter ordinem ra-  
sunt, non pete; plus habent periculi, quæ  
emolumenti. Quidquid recedit à vulgo  
accedit ad fastum. Medio tutissimus.

Quanti hostes orationis? distractione